



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

46 Declarat num. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quod excommunicationis gladius, qui tam sobrie, & tam cautè est exercendus temere, & levibus de causis incureretur, ex 47 quo magis contemni posset, quam formidari, & perniciem potius pareret, quam salutem, contra ejusdem sacri concilij Tridentin. dispositionem, dict. capit. 3. in princ. de reform. sess. 25. cap. multi, vers. au- ferte malum, 2. quest. 1. Pluribus etiam ac solidis fundamentis Doctorum animalia ex-communicari, & anathematizari non posse, probat idem Cassan. dict. conf. 1. par. 5: à princ. usque ad numer. 150. licet postea contraria partem amplectatur, quam tamen non probat, ut cuicunque illud le- genti patet ad sensum.

46 Theologi autem † tenentes, quod ani- malibus irrationabilibus maledicere liceat, loquuntur in terminis peccati, an, scilicet, illis maledicere sit peccatum, & in his ter- minis post Cajet. loquitur Cardin. Tolet. ubi inquit, quod ratione mali ab ipsis illatis possunt maledici. Quia non est, tam ma- 48 dedicere creaturæ, quam malo, ut in In- struct. sacer. lib. 4. capit. 13. numer. 7. & propterea non est peccatum, illi extrajudi- cialiter maledicere; sed judicialiter excom- municari, aut maledici non possunt, idque credere, vel excommunicare supersticio- nis esse, tenet Navar. in conf. 5. alias 57. num. 8. & 12. de sent. excom. lib. 5. par. 2. Qui in terminis contra consl. Cassan. scriptit, & Graff. decis. aur. cap. 7. numer. 15 in quos postea supra à me in rem hanc congesta forte incidi, mecum ob id, quod idem cum illis senserim, gratulatus, arg. Idem in cap. Valentianus, 5. cum autem 63. distin- excommunicari, aut anathematizari non posse, nisi homo baptizatus ex supra alle- gat, quibus modo addo Navar. eoden-

conf. 5. numer. 6. & Graff. eodem cap. 6. numer. 15.

Ea est enim dæmonis caliditas, † ut, cum manifestis, & apertis iætibus animas petere vereatur, occultis technis, falsisque nomi- nibus sub specie boni miseris mortalibus conatur imponere. Hujus idè astutia sæ- pe inducuntur homines ad credendum so- lis excommunicationibus, maledictionibus, & conjurationibus animalia irrationalia ex fætentiarum, & maledictionum bonitate, & virtute fugari posse, in qui- bus tamen actionibus, quandoque dæ- monis potestas operatur, qui è terris dicta animalia abstulit, & plerumque occidit, ut ita deceptos falsa credulitate detineat, eol- què non principaliter in Deo, sed potius in eisdem operationibus confidentes, sibi manuteneat. Unde, cum hujusmodi ma- festam superstitionem sapient, non est illis inhærendum, Navar. dict. num. 12. & Graff. dict. cap. 6. numer. 22. & 13.

Ejusdem ferè generis est † quod dæ- mones solent cum viros, & mulieres sedu- cunt, ut veneficijs veneficia curent applicanda. Habet enim astutus ille hostis de- lectum beneficarum gregem, quæ illius opera, & consilio pueros fascinant, infan- tes plerumque cum matribus, ac nutrici- bus venenis inficiunt, domesticâ animalia in ipsis ædibus ad extremam maciem, & ad necem malefico tactu perducunt, nihilque sceleris est, quod non intentent, sub tam scelestissimo duce, nec tuo in loco, ubi talia monstra degunt, tam imma- nia admittunt, sed per alias urbes, & vicina oppida circumvolant sæpe realiter, & corporaliter de loco ad locum dæmonis opera fæse transferentes, Sylv. in ver ha- resis, §. 3. numer. 6. & Mart. del.

Mmm 3 Rio,

